

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dormi Secvre: Vel Cynosvra Professorvm Ac Stvdiosorvm
Eloqventiæ,**

in qua Centvm Et Viginti Themata Oratoria. Non Solvm Stvdiosis, Sed &
Professoribus eloquentiæ, ac pietatis veræ amantibus utilissima &
pernecessaria explicantur ; Cum Indice rerum atq[ue] verborum locupleti

Tympe, Matthäus

Coloniæ Agrippinæ, 1650

XIX. De indicendo bello Sathanæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39028

LAVS SS. EVCHARISTIÆ. 55

ornabis hac ab Adjunctis Christi: quod sit Deicharissimus Filius, Principum Regumq; Dominus, orbis universi Conditor, mortis dæmonumq; victor, Fons & Origo omnium bonorum.

In III. PARTE Utilitas huius Sacramenti proponatur.
PRIMÒ: Ea in pugna nobis est adjumento, quam cum Dæmone, infensissimo salutis nostræ hoste, continuâ habemus: quia non minus Christus Dæmonium vires per hoc Sacramentū debilitare potest, quam olim, obita morte, suo ad inferos descēsu ipsos perdomuit. Augebis hac ab inaudita Dæmonis erga nos invidia, incomparabili fortitudine, astutia, & summa eius servitutis gravitate, quæ omnes in hoc prælio victos perpetuū manebit. SECUNDÒ: Omnem cœlestem gratiam hoc Sacramētum mortalibus confert. Non enim omniū bonorum Authorem suis quisquā excipere potest ædibus, quin singulari etiā ratione ab ipso locupletur.

In PERORATIONE suadebis Audit. ut frequenter cibum hunc spiritualem & animæ sumant, quo & gratum in Christum pro tanto beneficio animum, & singularem in ipsum amorem, tam excellenti & Christiano homine longè dignissima actiōne declarent, & per arduum virtutis iter, hoc cibo corroborati, constanti & infracto gradiantur animo. (Gell. lib. cap. 8. Valer. lib. 4. de Arte missa.)

XIX. DE INDICENDO BELLO

Sathanæ.

EXORDIUM à querela: Quod et si omnes mor. Vide Libel-
tales innumerabilibus hostibus cincti sint, qui lum meū
interitum eorum machinantur, plurimi tamen re- de Militia
periantur, qui se totos ignaviæ dedant, in delitiis Spirituali,
& voluptatibus vivant, & non minus, ac si summa adjunctum
pace fruerentur, in utramque aurem dormiant. Speculo
Cleric.

56 DE INDICENDO BELLO SATH.

PROPOSITIO: Prodii, ut darem consilium de bello indicendo Sathanæ, Mundo, & carni.

Vide Cie. pro Loge Mans. CONFIRMATIO constabit hoc *Syllogismo*: Omne bellum, in quo Dei honor & animarū salus agitur, est suscipiendum: in hoc bello agitur Dei honor & animarum salus: ergo est suscipiendum.

PROPOSITIONEM docebis: PRIMÒ: quia in salutari Layacro omnes in Imperatoris nostri Christi verbajuravimus, illi nomen dedimus, Ecclesiæ castra ingressi sumus, bellum Sathanæ, & Mundo indiximus. Certe nihil potest esse glorioius & honestius, quam in tanti Principis castris manere, & in iisdem castitatis, patientiæ, & charitatis armis se induere. Amplificabis hoc. Primò Exemplis Apostolorum, Martyrum, Virginum, & aliorum Sanctorum, qui se fortissime in hisce castris gesserunt. SECUNDÒ collatione tanti Ducis cum ducibus ac Regibus terrestribus, in quorum castris militare milites honestum & gloriosum ducunt.

SECUNDÒ à commodis, cum tanta gloria, pax, concordia, & dignitas existat in hac præclara militia, & tanta immortalitatis præmia victoribus proponantur: & è contrario tantus cruciatus maneat huius militiæ desertores. Confer labores & præmia eorum, qui terrestri Regi militant, cum labore & præmiis in hoc bello propositis.

TERTIÒ à facili & jucundo, Faciliorem & jucundioresse hanc militiam, quam illam Mundis, Carnis, & Sathanæ. Quod probabis collatione inter vitam peccatoris, tormentum conscientiæ malæ perferentis, & viri Deum timentis. Sap. 5. v. 7. Lassati sumus in via iniquitatis, &c.

In CONCLUSIONE hortaberis Auditores ad hoc bellum, quod nobis viam in cœlum struit.

XX.DE